



Universitätsbibliothek Paderborn

**De Iustitia Et Iure Libri Decem, Reuerendi P. F. Dominici
Soto, Segobiensis, Ord. Præd. Theologi præclariss.**

Soto, Domingo de

Venetiis, 1608

7 Isque postremus, qui omnibus finem accolophonem imponit: Nunquid religiosi creati Episcopi, ad obseruantias regulares teneantur, an secus

urn:nbn:de:hbz:466:1-38878

feste demonstrat ecclesia praescribens criminis, nempe simoniae, homicidij, aliaque id genus, de quibus clerici suis praebendis expoliantur, manifeste animum suum patet, non esse ab reliquo quipiam

Rō pro suo sacerdotio priuare. Ex dictis ergo col-
conclu- ligitur responso quest. que neque omnino est affirmativa, neque omnino negativa, sed media. Primo ergo argumen-
to ex cap. licet, & quoniam lib. sexto com-
posito, suas concessimus conclusiones, que
fuerunt nobis. primo & secundo. Tertio
vero id quod probare non tendebat, in
sexta negauimus, atque adeo eisdem ar-
gum. satisfactum est.

ARTICVLVS VII.

*Vtrum religiosi creati episcopi ad obseruan-
tias regulares teneantur.*

S. Tho. 2.2. quest. 185. art. 8.

Quoniam in superioribus questionem D. Thom. 185. de episcopo rum statu tractare aggressi sumus, sed tam meditatio canonistarum horarum, quam altera de clericorum bonis nobis obiuit, paulisper nos diuertere, licet non abs re, compulsi, operareptium duximus ad postremum eiusdem questionis articulum quem missum feceramus, reverti, ut decimum hunc lib. qui praecepit de episcopis institutis est, consideratio monachorum, qui episcopali dignitate fulgent,

Primum concludit. Arguitur ergo qui ciuiummodi argum. religiosi in episcopos promoti ad obseruantias regulares non tenentur. Habetur enim cano fla: utrum decima octava questione prima, quod non anachum electio canonica a iugo regula monastica profel-
tionis absoluta, & facia ordinatio de mo-
nacho episcopum facit, obseruantiae au-
tem regulares subiugo monastica institu-
tionis continentur, ergo illi qui episcopi

creantur, ab illis eximuntur. Secundo ar-
gumento. Ille, qui ab inferiori ad altiorē
gradum assumentur, videtur a vinculis in-
ferioris absoluiri, eo quod homo non potest
sarcina esse opaustus. Quemadmo-
dum, qui monasticam profiteatur vitam,
ab omnibus votis religantur, quibus erat

in seculo obligati status autem episcopalis sublimior est monachali, ergo religius illuc promotus, ab omnibus canonicis institutis liberatur.

Tertio, insolubiliores monachorum. Argu-
nexus sunt obedienciae & paupertatis, epi-
scopus autem ab obediencia iurorum pra-
latorum sit exemplus, & quod ab altero
etiam paupertatis funiculo endoeatur, ap-
paret sentire praefactus can. vbi ait ciuium
de monachum creatum episcopum legi-
me posse paternam hereditatem adire.
Addo quod etiam illis conceditur testan-
ta confidere, ergo & ab alijs etiam obser-
uantias liberantur. In contrarium video
facere can. Inno. de monachis, i. 6. q. 1. quo
ait. De monachis, qui diu immorantes in
monasteriis postea ad clericatus ordines
peruenient, statuimus non debere eius a
priuvi proposito discedere.

Sententia D. Thom. de hac questi. tri-
bus conclusio continetur. Prima. Ad eas quod
religionis obseruantias que pontificie fun-
ctioni nullae esse possunt impedimentoum,
immo esse possunt adiutorio, perinde re-
neur monachus sedens episcopalem ad-
eptus, atque dum erat in clauso. Huic
generi, sunt continetia, paupertas, atque
adeo religionis vestitus, qui ei ciuium
obligationis vnum. Secunda conclusio. Si
que vero inter regulas obseruantias cui secunda
stunt, que pontificis administratione ob-
staculo esse possunt, ab illorum iugo ex-
mitur, per episcopatum religionis. Cuil-
modi sunt solitudo, silentium, graueque
abstinentia atque vigilia, qua corpus de-
biliando, possent episcopum suo muneri
inceptum reddere. Ambas has simul con-
clusiones hac ratione commonstat. Cum uero con-
uertere locus, tam religionis scilicet, quam ciuitatis
episcoporum, sit status perfectionis, hoc
tamen differunt, quod status religionis
viam ad perfectionem sternit tanquam
ciuius discipulatus, status autem episcoporum
est seu perfectionis magisterium di-
sposito autem ad aliquam formam per
illius perfectionem non cessat, nisi quae-
nus eius fuerit impedimentum, vt ledio
ac meditatio discipuli cessare non debet,
dum sit magister, imo hoc impensus face-
re debet. Non tamen amplius deber audi-
re, sed docere, quia illud huius impedimentum
Pari ergo modo illae obseruantiae re-
li, que functioni episcop. non obstant, is
me.

monacho episcopo non cessant, sed illae prorsus quæ obstant.

Tertia conclusio. Aliarum obseruantiarum à quibus non absolvitur, potest eiusmodi episcopo dispensatione nonnunquam per suam auctoritatem utrū sicut in religione id poterat auctoritate p̄lati. Hec D. Thom. quæ quidem aliquando indigent maiori amplificatione. Et primum omnium iuxta numerum conclusio. tria denotata in religioso operum genera, quæ in eius assumptione ad episcoporum ordinem sunt meditanda quedam scilicet quæ non solum non obstant, sed & conferunt, ut casuas & pauperias atque obedientiam, quam non relinquit, sed mutat, ut qui praefecto religionis obediebat, deinde obtemperet Pape. Quydam vero sunt manifeste repugnantia, ut solitudo & silentium, & immode dicte abstinentia. Aliae vero mediæ generis, quæ scilicet non semper obstant sed ali quando, ut si dicas reliqua moderata ieiunia, & lans ad cœtum indui, in ipsiusque dormire. Ad illa ergo primi generis sit teneri episcopum monachum, ad alia vero secundi, ipso iure absoluī, sed in reliquis, licet non prorsus ab illis absolvatur, posse tamen secundum quod expedierit, dispensare. De singulis ergo nonnihil sese offert dubitatis. Primum enim membrum trinum includit votum scilicet caritatis, obedientiae, & paupertatis. De primo nullatenus dubitatur quin monachus illi maneat ad strictus, non solum factum lege verum & religionis. Quare licet cum alijs episcopis, ut lib. 8. explicimus, dispensare ecclesia posset super continentia, non tamen cum episcopis non ch. Namque de secundo vla est ambiguitas. Nam sicut dum religiosus in generali magistrum aut ministrum ordinis assumitur, non obstante obedientie voto, soli Papæ manet subiectus, sic monacho accidit dum sit episcopus. Non inquam de scirto, sed mutat obedientiam. De voto autem paupertatis restat sane dubium nec soluto facile.

Dubitatio. Primum enim sanctus Thom. in hac. 2. tum quest. 88. ad quartum argumentum, tum hic clarissime defendit monachum factum episcopum nullatenus à voto paupertatis absoluī. Nam & in prima conclusione exemplum ponit continentia & paupertatis. Et in solutione tercij sit

religiosum episcopum non posse habere proprium. Et ratio appetat plena, nam vñ libr. 8. dictum est, votum religionis est indispensabile, quod tria includit vota. In contrarium autem est argumentum quod illic insinuatius & hic aperius vñ suam demonstrabit. In episcopo, vt supra dictum est, duo considerantur bonorum generum nempe secularium & ecclesiasticorum. Omnis ergo modo secularibus, & ecclesiasticis arguitur, Reliqui episcopi ex seculari clero assumpti post factam portionem divisionem dominium habent sive, ut quæstione 4. multis modis confirmabamus, episcopis autem ex religionibus euocariis ea dem prorsus ratione & modo adjudicatur sua portio sicut & alijs qui ex reliquo clero eliguntur, ergo perinde eiusdem portionis dominium habent atque reliqui. Factor equidem ad hoc argumentum me responderet nescire, quoniam neutram premissarum video quomodo negare valeā. Nam quod eodem modo omnes sicut episcopi dubitari non potest. Neque vero D. Thom. quantum ad hęc bona ecclesiastica aliam paupertatem tribuit religiosis episcopis, quam reliquis. Immō art. 6. præfatis q. vbi constituit episcopum non teneri ad paupertatem cum secundo loco argumentatus esse, quod Apostoli fuerunt pauperes responderet ad illam paupertatem non teneri episcopum. Idque confirmat exemplo Athanafii, Ambro. Augus. qui fuerunt vna & monachi & episcopi vbi palam ostendit monachos episcopos perinde possidere ecclesiastica bona & reliquias seculares. Cum ergo idem Doctor sanctus art. statim 7. dixerit quod de his quæ vñ episcopi deputara sunt, eadem esse videtur ratio quæ de proprijs bonis, praefecto id monachis episcopis non denegat. At quoniam semper habuit oculum ad illud tempus quo clerici in communione vitabant, propterea simileiter ait monachum factum episcopum non absoluī à paupertatis voto. Dicendum ergo sub pertiniorum censura, quod sicut obedientia monachi dum sit episcopus, si mutatur ut soli sit Papæ iubatus ita & eius mutatur paupertas, ut decimatum portio reliquaq; episcopalia bona illi sicut & reliquis episcopis adjudicentur nimis ut & ipse sustentetur. & singulare misericordie præcepto, quod præ alijs episco-

Solutio.

episcopis religiosos ligat, subsidio sit pauperibus. Quatum ad aliud vero bonorum genus, scilicet secularium, dubitari non potest, quin etiam paupertatis votum quadam tenus ei mutetur, ut patet ex canon. statuum. 1. 8. q. 1. vbi monachus qui in monachatus haeres paternus esse non poterat, idoneus declaratur eidem audeundae hereditati, qua utique potest superflue vita perfrui. Et in causam adducitur, quod ipsum electio canon. à iugo regule monasticae religionis absoluere, & sacra ordinatio de monacho episcopum fecit, quin vero, si sum qui iam receptissimus est, consulas. Paucum episcopis monachis nonnunquam dispensata, ut secularia bona emant, que postea quibus volunt, relinquant. Qui quidem mos si legitimus est, profecto ostendit nonesse tam indispensabile paupertatis votum, quam continentia aut obedientia. Circa 2. autem obseruantiarum genus scilicet illorum à quibus monachus eo ipso quo fit episcopus absoluitur, adnotavit hic Caieta. non solum illas comprehendit, que manifeste episcopali functioni adiunguntur, ut silentium & solitudo, vetrum & que eiusmodi digirati, dissonant, aut congruetia non sunt, quod quidem concessu facile est, sed tamen exempla, quae subdit, nescio an sint adeo congruentia. Ait enim quod absoluatur a ceremonijs habendi locum ordinis, bibendi sedendo, cum duabus manibus, & benedictione & similibus. Attamen licet forsitan ita sit, propterea quod res sunt parui momenti, non tamen propter causam, quam ipse assert, videlicet quia episcopus illa non decent. Immo vero cum talis episcopus habitum religionis exuerit non debeat, nisi summus fiat Pontifex, adeo huiusmodi monachales ceremoniae ipsum non dedecent, ut eius habitus decorent. In Italia, quidem, vbi monachi ad quemcumque pauperem episcopatum afflumantur, habitum vel proutum abiciunt, vel alia figura incrustant, omnes monasticas ceremonias cum illo deponunt, quia Itali non dignatur episcopos in habitu monachali videre, quae quidem pestis ad alias iam nationes interplet. Et inde Caiet. iudicium sumpli, tametsi non pro se, qui etiam Cardinals cum habitu monachali semper religiosissime vixit. Igitur quod episcopus religiosus locum sui ordinis, qui auctori-

tate vigeat, sibi adiungat, & ceremonias, quibuscumq; religionis, ac religiosorum idiomate viatur, adeo non est indecens, ut contra faciunt oculos prudentium secularium offendant. De tertio vero ceremoniarum ordine à quibus S. Thomas religiosum non abolivit, licet super ipsius secum possit dispensare, qualia sunt lincis non viti, regularia ordinis ictuaria feruare, esti sit ordinis nostri vel Carthusiensium, cu Diu carnium abstinere, dubium est, idemque imprimis sentiarum principium, quo vinculo religiosi episcopi ad horum observantias tenentur, utrum scilicet legali debito, an solum morali. Legale enim debatum est, quando quis legi per vim coactum teneatur, ita ut qui contra fecerint, legis poenis obligetur. Vinculum autem morale est, quando quis sola vi directiva legis obligatur, non autem poenis subdatur. Exemplum est in principio qui non teneat vi coactiu, sed directiu. Et quod monachus teneatur utraque vi legis, vide tur hic D. Thom. sentire, dicens quod in istis potest tantum secum dispensare. vbi insinuare videtur, q; perinde obligatur atque q; erat in claustru. Nihilominus placet mihi Caietani sententia, quam imprimis sentiarum prouulit, sed expellit in fine. Opulculo, quod de hac est intitulat, nempe in libello vigilie, vnius quodlibet num qu. 19. Sententia vero est, quod non teneatur ex debito legis, sed ex morum honestate, um quia id significatur canonico statutam illis verbis est. A iugo regule monastice & religionis absoluere, & de monacho fit episcopus iugum enim vim coactiu deligitur. Item postquam estimatur a subiectione praetoriorum ordinis, quia nullatenus nisi per Papam puniri potest, indicium est, quod neq; panis regulare starutorum subiaceat. Quod autem debito morali & de honestate teneantur, patet, nam postquam monachatum professu est, qui perfectionis est disciplina condens est, ut magister perfectionis factus a deum seruat disciplinam, nam licet non per vim coactiu libere ramen, quemadmodum discipulus licet, factus doctor seruit metu aliquique coactionibus quibus ad fiducium compellebatur, libertus debet nihilominus sua sponte eisdem studijs incumbere. Neque est ineptum exemplum,

No pro
baranō
Caieta.

quod a naturalibus sumitur. Quendiu enim calor in liquo ad formam iugis disponit, vi quadam coactiva agens retinet, aduenientem autem substantiali forma- sit naturalis, atque adeo suptz sponte, in Primū igne permanet. Ex quo fit, vt debitum corolla- morale religioso episcopo. ^Apterea quod rium de religione assumptus est, marus sit, qua Secundū in episcopo seculari. Sequitur nihilominus secundo, quod religiosus factus episcopus quamvis feris sexis peculiari in- stituto religionis: etiam si fu^r reatu mortali obliget, vt in ordine duci Francisci obligari ferri, factus episcopus potest in die Natalis Domini, si illa feria occurrerit, carnis vesci & ieiunium frangere. Oppositum dicit in presentiarum Caiet, sed in Opusculo cordatus mutauit senten- tiam. Nam cap. explicari, extra de obser- ua. ieiuni. vbi cunctis Christianis illud pri uilegium indulsum est, non excipiuntur, nisi qui ex vot^o aut ex regulari obseruantia ieiunare ad stricti sunt. Et intelligitur ex regularis obseruantia legali debito, qd^t non manet in episcopo nisi morale. Neque votum abstinentie fecit singulariter, ni si vocouerit religionem. Igitur S. Thom. hoc pacto intelligendus est sensisse monachum episcopum non ob solutu a dictis obseruantij, scilicet quantum ad morale debitum. Sed contra: ergo neque ad castitatem tenerit sub reatu mortalis crimi- nis, quia debitum morale non videtur sub tali ieiuno obligare. Negatur conseq- uentia, quoniam votum castitatis exprest^s fecit: virtute cuius, etiam si cesset vis coactua obseruantia regularis, obligat. Cetera vero non nouit formaliter nisi vocendo religionem, cuius vis cessat in illo, quo ad legale debitum. Verum est tamen, quod ponis quia in religione secretæ sunt transgresoribus trium votorum essentialium non mater subiectus.

Sed utrum illud morale debitum, plus obliget episcopum religionis diuis Francisci, quam nostri ordinis, eo quod ipse ad aliquas obseruantias tenetur sub culpa mortali, non vero ad nullas. Et princeps quamvis non tenetur de coactiva, tene- tur tamen forte aliquibus suis legibus sub reatu mortali.

Respondeatur, quod si vera est haec opini- o, episcopi Diui Francisci non magis

quam nostri obligantur, quia exualiter absoluuntur a legali debito. Quare de hoc nonnulla est in principe differentia, quia licet non cogatur, lege tamen illa duante, si ad se perire, tenerur illa. De- bent autem religiosi vt in aedulis epi- scoparibus mulio esse cunctatores, quam seculares, ita & in administrandis longis- simis vigilantiores. Qui enim sese in clau- stra, mundo vale dicentes, abdierunt, non debent sicuti vxor & oth retro, hoc est, ad seculares splendores relpicere. Nam præter Dei offensam seculari populo sem- dalo sunt ac subinde vilipendio & ludi- brii, nisi palam confiteat tum renientes vi- fuisse a suis claustris extractos, tum ec- clejus cum omni timore Dei famulari, alijisque ablinere pompis que non fue- rint ad ornamentum lux dignitatis ne- cessaria.

Primum igitur argumentum in capite Ad pri-
questionis est canon. statutum. obiectum, mū arg-
iam sua declaratio se soluum est.

Ad secundum respondet Diui Thom. quod vota in seculo sa^la non ex eo pre- cisè per professionem religionis dissol- uuntur, quod si ascensus ab inferiori ad superius, sed quod illa habent se ad reli- gionem sicut particularē ad uniuersale, puta sicut ille qui partem sui Deo obtulit ad illum qui se offerit totum. Pars autem includitur, vt in toto, & ideo adueniente to- to superfluit. Ascensus autem a religio- ne ad episcopatum, est sicut a dispositione ad perfectionem, dispositio autem non cessat adueniente perfectione. Intellige, vt diximus, quantum ad debitum mora- le sicuti calor disponens ad ignem perma- net in illo.

Ad tertium autem quantum ad id de- obediencia iam responsum est, quod non relinquitur, sed mutatur, & pariter quantu- dum ad paupertatem. Restat nihilominus dubium quod D. Thomas illic istud circa illud capit. statutum, de hereditate pa- terina quam monachus episcopus acqui- rit cuinam post eius mortem obueniat, monasterio, an episcopali ecclesiæ? Verba quippe capituli obscura sum, nihil. n. aliud explicant, nisi quod que monachus acquisierat, ministerio reliquat, que ve- ro factus episcopus acquisierit, ad altare ad quod sanctificatus est restituat. Sen- sus

Ad sec-
tū arg-
mū

Dubiū

Ad ter-
tiū arg-
mū

Dubiū

Solutio-

Arg. 2.

Arg. 2. quoniam votum castitatis exprest^s fecit: virtute cuius, etiam si cesset vis coactua obseruantia regularis, obligat. Cetera vero non nouit formaliter nisi vocendo religionem, cuius vis cessat in illo, quo ad legale debitum. Verum est tamen, quod ponis quia in religione secretæ sunt transgresoribus trium votorum essentialium non mater subiectus.

Respondeatur, quod si vera est haec opini- o, episcopi Diui Francisci non magis

Ius ergo istorum verborum est quem vius declarat, nempe quod que acquisierat in seculo, relinquat monasterio, quod autem episcopus factus adiecit, relinquat episcopal ecclesia. Bona vero religiorum, qui inulares episcopi sunt, quia fidei non habent licet acquisitione eis sicut episcopatu, monasteriis obuenient. Testamenta autem condere manus est non posse sine Papae dispensatione. Et tunc ait D. Th. sic episcop us religiosus est, non sibi conceperit abf que faultate Papae Epilogus, di vi tanquam de proprio testamento faciat, sed quia Papa eius ampliat facultas duret post mortem. Aut vero postquam a libere dispensatur cum illo atque cum alijs episcopis paru refert quomodo fiat. Ecce Opus decem Libri, um, quod de

iustitia & iure polliciti sumus; & illi Quæstiones septuaginta sex, Articulos vero decimos octuaginta & octo partiti sumus, per varia ac lubrica, perque ardua ac difficultaria rerum genera aspirante diuino flamine, ad opium potum prædictum est. Anno Christiana salutis Milemo quinquecentimo quinquagesimo quarto. In quo si quid per inseniam nostram & ignorantiam, aut certe per negligenciam & oscitiam a nobis peccatum est (nam studio per Dei misericordiam certus sum nequit quam deliqueris) Deus ipse misericordia rum ignoscat. Si quid vero præstitum quod in rem Christianam familiæ esse posuit, eidem soli Deo acceptum referendum est. Cui laus sit & perennis gloria perennia seculorum secula. Amen.

Decem Librorum de Iustitia & iure, Finis.

SOTO
iure
Legibus
DIL
13